



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 81. Pastoralis Cathechismus a Meldensi Episcopo pax inde secuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVII. Constitutionem ad normam Bullæ, que
A.C. 1711. incipit: Vineam Domini, instrueret, &
clausulas: ex plenitudine potestatis, ex
Const. Alex. certa scientia, motu proprio, utpote Gal-
VII. die licanis libertatibus contrarias omis-
15. Febr. ret, nec damnati libri exemplaria igni
An. 1665. tradi præciperet, ac denique ad Ale-
xandri VII. exemplum disertis verbis
explicaret, quod ad suæ Majestatis pro-
ces, plurimumque Franciæ Episcoporum sol-
licitationes hanc Constitutionem edide-
rit. Insuper petiit Rex, ut Papa
hanc Bullam publici juris non faceret,
nisi prius in Franciam illius formulam
transmisisset. Acceptis hisce manda-
tis Tremollius Cardinalis cum Cardi-
nale Fabronio contulit, a quo edictus
fuerat, quod PP. Tellierus & Auben-
tonus jam ante bimestre Pontificem ad
Quesneli librum ejusque doctrinam nova-
Constitutione proscribendam sollici-
tassent.

§. LXXXI.

Pastoralis Catechismus a Meldens
Episcopo editus.

Vit. Card. Jam dudum Ludovici Galliæ Regis
t. 7. p. 203. *necnon Delphini Zelum ac studium*
Epist. Clem. *in extirpandis Jansenii doctrinis accen-*
XI. p. 1630. *derat Henricus Bissyus Meldensis Epi-*
scopus; postquam enim P. Rouvierus
Ord.

Ord. FF. Præd. die undecima Decem- Sæc. XVIII.
bris pro obtinendo primo Doctoratus A. C. 1711.
honore in Sorbonæ Collegio publicas
Theses propugnaverat, & non modo
juxta Quesnelli, ut creditum, inter-
pretationes S. Augustini Doctrinam, sed
& Noaillum Cardinalem, cui theses
suas nuncupavit, intempestivis laudibus
extulisset, Meldensis Episcopus una-
cum Tullensi atque Ebroicensi Episco-
pis aliisque Sorbonæ Doctoribus con-
tra propositiones, quæ in fide suspectæ
videbantur, acriter insurrexit, atque
adversus eas *doctrinale*, ut vocant, *Mo-*
nitum edidit, totamque causam ad Ro-
manæ Curiæ Tribunal detulit, ubi tam-
men re mature discussa theses censu-
ram effugerunt, author vero, eoquod
Noaillum Augustinianæ Doctrinæ Pro-
tectorum nominasset, aliisque immo-
dicis laudibus cumulasset, reprehен-
sus est. Jam *antea* vero Bissyus Ca-
techismum Pastoralem, ut Clerum
suum ad declinandas Jansenistarum cir-
cumventiones & fraudes instructiorem
redderet, edidit, illumque Romam ad
summum Pontificem transmisit, a quo
etiam propter ejus vigilantiam, devo-
tumque in S. Sedem studium literis die
decima tertia Februarii datis sum-
mopere laudatus est. Hæc Pontificis
commendatio tam ingens Bissyo calcar

Z 3 ad-

Sæc. XVIII. addidit, ut anno sequenti Quesneli.
A. C. 1711. rum reflexiones & Epistolas binis
 structionibus Pastoralibus solide re-
 futaret.

§. LXXXII.

Franciæ Delphinorum obitus.

Quincy t. 6. Non minus inopinatam, quam Eo
 pag. 492. clesiæ, ac Galliæ Regno infauham
Limiers t. 3. fecit jacturam Regia Franciæ Domus,
 pag. 396.
Mem. Hist. dum hoc anno die decima quarta Aprilis
& Chron. Ludovicus cognomine *Omnium Sar-
 dorum* Franciæ Delphinus, seu primogenitus Ludovici XIV. Regis Filius in Meudonensi arce decepsit. Erumpentes enim rubeæ maculæ (*variolas* vo-
 cant Medici) quæ provectionibus longe magis formidandæ sunt, quam infantibus, intra paucos dies dignissimi Principis mortem accelerarunt. Obiit annos natus quinquaginta, qui benignitate, morumque comitate, animique tenetudine excellens, nunquam quidem Regium solium ascendit, Regis tamen scilicet Philippi V. Parens exstitit, quod Nostradamus Ludovico prædixisse fertur. Hujus fati nuntium Ludovicus ejus Filius die decima sexta Aprilis significabat summo Pontifici, qui datis ad eundem literis die quarta Novembris paterne solatus, certiorem redidit.